



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In  
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1624**

Concio Prima. De memoria Gloriæ cœlestis. Memorare nouissima tua, & in  
æternum non peccabis. Eccl. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](#)

Nam coperunt se excusare omnes propter  
vile lucellum, 4. Annon, Luc. 8. bonum  
semen seminarat colonus: & quanta suc-  
cruit zizania? Ita, Zach. 13. erunt in om-  
ni terra, dicit Dominus, partes dua, dispergen-  
tur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea.

*Exempla  
paucorum  
saluatorum.*

II. O si tercia salua foret! 1. Nam Luc.  
2. Ecce hic positus est in ruinam multorum.  
Quo horum? 2. Id ex diluvio aestimata:  
Gen. 7. in quo tantum octo anima salutis fa-  
ctas sunt. Quid si in secundo diluvio aqua-  
rum multarum adeum numerum forte non  
approximabunt? Nam si non propter electos  
abbreviarentur dies, non fieret salua omnis ca-  
ro. 3. Ex Sodomitico incendio quot ani-  
mae seruatæ? Gen. 19. Tres, Loth cum filia-  
bus: nam quarta vxoris in via lapides es-  
bat. 4. De vniuersis Ierichuntinis super-  
uixit ereptus nemo præter unam mere-  
tricem Raab cum cognatione sua. Cæte-  
rum nec lapis super lapidem permanis-  
set in terræ solo maledicto. 5. Horresco  
memorans! Sexcenta Israelitarum mil-  
lia ex Aegypto egressa sunt: ad terram  
promissionis anhelarunt omnes: at per-  
uenierunt duo soli, Caleb & Iosue. O Ju-  
dicia Dei abyssus multa! Quam multi sunt vo-  
cati, quam pauci vero electi?

*Orem me-  
tiendum.*

III. Quis animis tuis vobis, auditores? 1.  
Quis fuerat Apostolis, cū audirent, Mat.  
26. Vnus vestrum me traditurus est. Nā quis-  
que sibi metuebat. Et tu nescis homo, odio,  
an amore dignus sis. 2. Fac esse ciuitatem se-  
ditiosam, Rex denunciat unum ē cunctis  
fore viuum excoriandum, ac mille mo-  
dis discruciatum, quis securus aget in  
colarum? At talis hic mundus est, rebel-  
lis Deo: ex quo non unus, aut mille; sed  
multi peribunt, servabuntur pauci. 3. Stet  
in armis exercitus, nuncietur intra horam  
fulmen cadens perditum unum ē cun-  
ctis, qui meritis erunt omnium? Nos in vi-  
ta stamus militia, fulmen ruet, non ito,  
sed ite maledicti, & adhuc in bonis duce-

mus dies? Dicemus, pax, pax, cum non est  
pax impio? Quocirca memorare nouissima  
tua, &c.

*Hebdomada quarta Aduentus.*

## DE GLORIA COELESTI Quarto Nouissimorum.

### CONCIO PRIMA.

De memoria Glorie cœlestis.

Memorare nouissima tua, & in ater-  
num non peccabis. Eccl. 7.

*Exploratores terræ promissa, Num. 13.*  
Et fertilitatis specimen præbuissent;  
ita eius exarsit desiderio populus; vto-  
mnem de repetenda Aegypto cogitatio-  
nem damnarent, idola proicerent, ar-  
misque etiam inuadere stareret cunctis,  
aut certæ occumbere morti. Ipse cœlo-  
rum vobis exploratorem agam: vos ani-  
mos capessite, amores alienos damna-  
te; detestemini scelera & abiicite, ad an-  
teriora vos extendite mecum, ad super-  
num brauium persequendum.

*Itaque*

I. *Quod admiranda sit Cœlestis gloria.*

II. *De quantitate & valore eiusdem.*

III. *Adumbratio quadam glorie cœlestis.*

IV. *De utilitate ex memoria eiusdem.*

### PARS I.

*Quod admiranda sit cœlestis gloria.*

*S*imonides Philosophus, ait Cic. 1. de Na-  
tur. Deor. & Verrinae. Strabo 1. 6. Hiero-  
ne tyranno Syrac. sciscitante: Quid, qua-  
lisque Deus esset; diei postulauit usuram  
ad cogitandum. Conuentus postridie,  
bidui spatiū poposcit, dein tridui pro-  
crastinationem, & sic usque pronuncia-  
uit amplius; nequedum tamen quicquam  
enunciauit, nisi istud: *Quo considero diutius,*  
*hoc mihi res videtur obscurior.* Rectius id de  
cœlesti gloria dix ero.

*2. Sen-*

*Eadem admissibilis.*  
*Mirabilis.*  
*Ista absolu-*  
*ptima.*

2. Sentiōque euenire mihi, quod duobus Cherubinis, Exod. 25. supra Propitiatōriū. Qui quo latius alas in illius intuitu explicabant, hoc minus intelligebant, & magis obstupescabant. 3. Idem expertus S. Aug. serm. 37. de Sanctis ait: Effugit omnem sermonem, atque omnem sensum humanae mentis excedit decus illud & maiestas. Similia Greg. hom. 37.

Certe D. Thom. p. 1. q. 25. negat Deum posse eam beatitudinem condere perfectiorem. Sicut nec Christi humanitatem, nec matrem Iesu Mariam. Qui vidit de illa testatur, 1. Corinth. 5. quod nec oculus vidit, nec auris audiret, nec in cor hominis ascendit, qua Deus preparauit diligenteribus. Multa mira, magna: hic attamen oculus solem videt duntaxat vnum, vnum audit sonum auris: cor fingere sibi montes potest aureos: sed nil, quod ad gloriam vel specie aspirare queat: adeo est omnia super. Hinc Isa. 64. Asculo non audierunt, oculus non vidit ab te, que preparasti expectantibus te.

*Eadem incom-*  
*prehensibili-*  
*ta.*

Aug. 1. 24. Cinit. Quod Deus preparauit diligenteribus se, fide non capturatur, spe non attingitur, caritate non apprehenditur, desideria & vota transgreditur. Acquiri potest: estimari non potest. David quasi extaticus Psal. 30. Quā magna multitudo dulcedinis tua, quam abscondisti timentibus te? Vere Psal. 86. Gloriosi dicta sunt de te ciuitas Dei: sicut latantium omnium habitatio est in te. Quare hæc memoria nouissima.

## PARS II.

*Excitat e-*  
*nunfui.*

De Quantitate & valore Glorie cœlestis.

1. *E* A virtutis pulcritudo est, ait Cic. 1. Off. Erit si oculis certi posset, mirabiles sui amores excitaret. Mirabilior gloria cœlestis, si patet oculis. 1. Isaac primus Rebeccæ aspectus, Genes. 24. animo detergit omnem, quem ex morte genitricis conceperat, mero rem.

2. Iacob. Gen. 29. visa Rachæle leuem duxit bis septennem seruitutem, ut eam præ amore fallente crederet esse momētaneam. Ad celi gloriam vero deficit omnis comparatio.

1. Paulus eam velut per rimulas introspexerat, iam ultima quæque paratus e- *Roborat ad patientiā.*  
rat perpetiante, quam à Dei charitate separari. 2. Corinth. 11. Enimvero, inquit Roman. 8. Existimo, quod non sunt corda gne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quid? Ipse Modipator gloriae, Gloria Patris IESVS, proposito sibi audio suscitavit crucem. Cuius tamen tormenta breui oblitus omnia, querit Que? Luc. 24. Et nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam?

II. Quod efficacissimum norat à peccatis reuocandi medium, id suis admodum peccatis. *Reuocat à*  
uit Petrus in 1. c. 5. Seniores obsero ego Con-  
senior, tanquam testis Christi passionum, & ei-  
iusdem, quæ in futuro reuelanda est glorie con-  
fors, ut abstineatis vos à peccatis. 2. Idem  
vsurpauit Ioannes, 2. cap. 3. Charissimi,  
nunc filii tui sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, similes Eternum: quoniam videbimus Eum simili-  
tute est. Quæ igitur hic magna videntur, sumus & umbra sunt mera. Vnum hoc præ omnibus esse, filios Dei esse. 3. Hinc ita Röm. 8. Quod si filii, ergo & heredes glorie.  
4. Inde Psalm. 15. Dominus pars hereditatis meæ, & calix mei; pars essentialis: nam pre-  
ter hanc gaudia isthic innumera sunt alia.

III. S. Augustinus, ut scribit Epistol. ad *Est incom-*  
*Cyrill.* statuerat scripto exquirere ex S. prehensibili-  
Hieron. quid de beatitudine sentiret: hic lis.  
interim decedens apparebit illis ac talia fa-  
tetur. Vide, si numerare potes stellas cœli, arenas  
& guttas maris. Id namque facilius est, quam gloriadendo explicare. Est enim restata, quā-  
ta, nisi ipse vidissim, nunquam credidissim. Et tam longe ab eo, quod ego viuens cogita-  
bam, ut omnino sit quipiam infinitum maius.  
D d d d d 3 Euenit

*Et admirabilis.*

Euenit omnia beatis, quale Reginæ  
Saba, visa gloria Salomonis. 3. Reg. 10. nec  
gloriam Dei capiunt, nec suum de ea stu-  
porem. Vnde S. Ambr. in funebri Theo-  
dosii Imp. ait: *Iure pietatis ascitus in illam*  
*Ierusalem supernam, ubi nunc positus dicit: Ps.*  
*47-Sicut audiuimus, ita & videmus in ciuitate*  
*Dei nostri.*

*Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coro-*  
*num vita. Numer. 2. Tim. 2. Nemo corona-*  
*bitur, nisi qui legitime certauerit. Etenim ar-*  
*cam testamenti, Exod. 25. ambit corona*  
*& limbus aureus: ita glorie corona bona*  
*complectitur omnia. Vnde S. Hieron. in*  
*hoc Psalm. 64. Benedic corona anni beni-*  
*gnitatis tuae, ait, Quia sanctos premis, & te-*  
*met ipsum eorum agminibus coronabis. Circulum*  
*autem, & semper in se currentia anni tempo-*  
*ra coronam vocavit.*

*Cum gen-*  
*mu duode-*  
*nus.*

III. Est autem haec tam pretiosa, quam  
gloriosa. Hinc, Psalm. 20. Posuit in capice  
ciui coronam de lapide pretioso: & hoc duo-  
deno: Sanitatis, Abundantiae, Voluptatis,  
Scientiae, Gaudii, Pacis, Securitatis, Lu-  
minis, Diuinarum, Glorie, Aeternitatis,  
Vita. O vita vitalis! August. in Manuali c.  
7. repetitque recensita cum contraposito  
quodque suo. Eti. Medit. c. 22. O patria  
quieta, cuius fines pacis, termini aeternitas, hereditas  
delicia. Vbi nulla signantur tempora: sed  
omnia ad unum diem reuocata sunt, ubi nox &  
tenebra nulla.

## PARS III.

Adumbratio quedam glorie coelestis.

*Inuestiu-*  
*in imme-*  
*mores glo-*  
*rie.*

**H**oc unum sat efficax fore iudicabat,  
ad peccatores conuertendos, Psalm.  
4. Usquequo graui corde, ut quid diligitis va-  
nitatem & queritis mendacium? Scitote, quo-  
niam mirificauit Dominus sanctum suum. 1.  
Sunt, quales exterilegati illi, quos Romæ  
videns Augustus gestare ac dissuauari  
melitæos suos, quærebati oco: num apud  
eos foeminae liberos etiam eniteren-  
tur.

2. Stupebant parentes excæcatam fa-  
scinationem Samsonis depereuntis Dali-  
lam. Iudicum 14. Nunquid non est mulier  
in filiis fratum tuorum, & in omni populo,  
qui avit capere uxorem de Philistinum, qui in-  
circumcisisti sunt? Ita Cœlites stupent ad stu-  
porem hominum, vanitatis amantium  
perire.

3. Miranda Israelitarum vesania fuit,  
Num. 21. vescerium manna omnis sapido,  
& tamen ad ollas & allia suspirantium  
Ægypti. Execrabilis vero est etiæ Christianorum  
fluxa haec affectantium vecordia, & obliuio coelestium.

II. Haec enim si dixeris complemen-  
tum mirabilium omnium, mare deliciarum,  
diuinarum arcum, aulam Trinitatis,  
&c. parum edixeris. Exclamat August.  
serm. 37. de Sanctis. Quid haec vita beatiss.,  
ubi non est merus, &c. nemo inuidet? &c. Vbi  
lux sine tenebris, &c. In soliloq. c. 35. Vbi  
decor nunquam pallescit, nec amor repefecit, nec  
gaudium decrevit, &c. 2. Quare Apocal. 2.

*Vt in eff.*  
*ta est gloria coelestis memoria. Quis 1. Ad cant.*  
*enim in eam esse volet impius partiam,*  
*cuius æternum adscribi ciui exoptat?*  
*Dicitis mundo, carnique, quod Demosthenes meretriculae, &c. cupitis ab eo*  
*exigenti mille drachmas, aiebat: Tanti*  
*penerite non emam. Nam voluptatula una*  
*ca dominæ Carolæ pluris emitur: nimi-*  
*rum cœli pretio, quod perditur. Quo-*  
*circa quoduscunque, ait Hier. Epist. ad Eu-*  
*stochium, technica sculi delectat ambitio nad*  
*paradisum mete transforende: Esse incipe, quod*  
*futura es, & tunc poteris dicere: Aquæ multæ*  
*non potuerunt extinguere charitatem, nec*  
*Flammæ obruent eam.*

1. Huius erat remedii vsus Davidi, Exempla-  
Pf.

*Adumbratio gloriae.*

Ps. 16. Propter verbaliorum tuorum ego custodiui vias duras. Item Pt. 118. Inclinans certum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem. 2. Propter hanc S. Serapion se nudavit omnibus, manuque gerens Bibliorum Codicem solum nudus per agros obibat: ac sciscitantibus, quis eum spoliasset, aiebat: *Hoc monstrans Biblia.* 3. Ita S. Hieronymus Eustochio: *Egredere queso paulisper de carcere, & presentis laboris tibi ante oculos pingere mercedem, quam nec oculus vidit, &c.*

2. *Pilis ad II.* Hec vero cogitatio non contempsit mundi solum assert: sed dulces quoque acerbitates reddit. 1. Ita Aug. in Manuali. *O anima si quotidie oportet nos tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tempore tolerare, ut Christum in gloria videre possumus, nonne dignum est pati omne?* 2. Hoc Deus excitabat Abraham, Gen. 13. *Lena oculos tuos in directum &c. omnem terram circum, quam confidius tibi dabo & semini tuo.* Et hoc temporale duntaxa erat. 3. Pastor Davidi Saul percussuro Goliam, 1. Reg. 17. filiam promittebat: at Deus gloriam suam nobis, si quis legitime certaverit: *saxa vibrans orationum, & pedum crucis.* 4. Certe Moysen omnia perutuisse, testis est Apost. ad Hebr. 11. quod *aspiciebat in retributione.* Aspectus idem nobis ad idem erit tanto efficacior, quo proprior. Nam is a loge, propriebat. 5. Stephanus proxime inspiciens vitam, iam morti insultabat, Act. 7. *Video clamat, cœlos apertos, & Iesum stan tem à dexteris virtutis Dei.* Ibi Euseb. Emis. Incunctanter offert sanguinem suum, qui pre oculis habet Regem suum, simul & bravium. O vim inexplicabilem! 6. Dominus discipulis proponebat cruces, persecutio nes, &c. sed addebat, Mat. 5. *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.*

II. Hanc igitur spectate, quoniam Deus ut Ouid, in Metam. canit.

Os homini sublimè dedit, cœlumque tueri:  
Pluraque cum spectent animalia cetera ter-  
ram. Banda na-  
tus homo  
est.

1. Hinc philosophi hominem dixerunt arborem inuersam; cuius radix cœlum spectaret: quod inde trahere eam omnia oporteat. 2. Ita Philo quoque Iudeus: Ceterarum plantarum capita defixit in terra: solidi homini caput sublimè dedit, ut alimentacœlius incorruptibili aqua querat. Huc igitur te cura vertat, quo natura. Huc cogitatio te udat, quo caput spectat. 3. Spretor opū Anaxagoras, ut felicissimus philosopharetur, sc̄iētanti cur natus videretur, ait: ut cœlum contemplari. Idem alteri, cur patriæ curam non gereret, dito in cœlum intento, ait: *Hanc euro.* Ab hisce nos ethnici vincipatiemur?

Daniel c. 6. in Babylone apertis fene- Imprimis  
stris templum versus spectare & orare quia inde  
suevit nixus humi: nempe cœlum con- exules fu-  
tueri volupe erat. Magis capiua hic ani- mus.  
ma est in corpore: aperi intellectū, prospice cœlos; despice terras, despue mundum; & sic adiundis manibus Deum imoueri, ora, & adlabora. Nec una animæ fenestra est; sunt ei, quot sensus, quot res creatæ, quot voces Dei, &c. Cunctis in Babylone captis Iudæis vnum erat votū patria. Psal. 136. *Super flumina Babylonis illuc sedimus, & fluimus, dum recordaremur tui Sion.* Et nos hoc minus fecerimus; quibus captivitas acerbior, & patria est beatior? Memorare igitur nouissima. &c.

### CONCIO SECUNDA

*De situ, & voluptate cœli.*

A Pocal. 21. *Veni, & ostendam tibi sponsā rxorem Agni.* Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendente de celo, habentem claritatem Dei. Et lumen eius simile lapidi laſpidi, sicut crystallum. Et habebat nim-

rum